



HENRICUS AUGUSTUS VOGEL,

MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR, ACADEMIAE REGIAE MONACENSIS MEMBR.
ORDIN. IN ALMA LUDOVICA-MAXIMILIANEA PROF. PUBL. ORD. ET FACULTATIS
PHILOS. H. T. DECANUS

AD

DISPUTATIONEM PUBLICAM

SINE PRAESIDE

PRO

SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS RITE OBTINENDIS

▲

PRAENOBILI ET PERDOCTO VIRO AC DOMINO

JOSEPHO ZEILLER,

MONACENSI,


DIE XI AUGUSTI MDCCCXLII HORA X.

HABENDAM

RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICUM, PATRES CONSCRIPTOS, OMNIUM ORDINUM PROFESSORES, CIVES
ACADEMICOS, LITERATOS DENIQUE AC LITERARUM FAUTORES OMNI, QUA PAR EST, OBSERVANTIA
INVITAT.

MONACHII.

TYPIS JOANNIS ANTONII GIESSER.



Quaestio inauguralis:

De Romana et Germana indole.

Dissertatio inauguralis:

De principiis logicis ex sui ipsius conscientia deducendis.

T H E S E S.

1. **Ex fide scientia.**
2. **Una tantum ars et una scientia, poesis et philosophia.**
3. **Perfectio artis est in identitate imaginis cum ideali harmonice cum natura conjuncta.**
4. **In mytho veritas.**
5. **Summum poema tragoedia.**
6. **Summa poesis in vetere, summa philosophia in novo testamento continetur.**
7. **Omnis artis scientiaeque fundamentum anthropologia.**
8. **In homine trichotomia.**
9. **Natura est imago et similitudo substantialis spiritus.**
10. **Veram judico antiquissimam illam sententiam de macrocosmo et microcosmo.**
11. **Est anima quaedam universalis.**
12. **Omne ens est per monadem in dyade, et existit in relatione polari antithesium.**
13. **Una tantum antithesis absoluta; ergo principium identitatis et contradictionis in philosophia non absolutam habet veritatem.**
14. **Physiognomice habet veritatem absolutam, sed certitudinem relativam.**

15. Ideae atque typus sermonis humani sui ipsius conscientiae virtualiter innati, unde homo in exaltato quodam ingenii statu omnes sermones et audire et loqui potest.
16. Lapsus hominis originalis empirice certus, et salvatio a priori necessaria.
17. Omnes civitates naturam suam tendunt ad monarchiam.
18. Historia est homo, continuam Dei manifestationem in se renovans.
19. In natura nil nisi organicum.
20. Errant, qui dicunt, Constantinum imperatorem religionem Christianam in religionem publicam transformasse.
21. Persarum antiquorum regni scopus haud mere politicus.
22. Plebejorum cum patriciis certamen maximum Romani imperii incrementum.
23. C. Crispus Sallustius summus Romanorum historicorum.
24. Prima Polonorum regni interitus causa catholicae religionis desertio.
25. Ludovicus XIV. maximum catholicae religioni attulit damnum.
26. Educatio publica privatae omnino est praefenda.
27. Ingenium Romanum et Germanum conjunctum totum aliquod et integrum constituunt.

